

Sermo

homo recte loquitur in confessione. Curat
secunda dum deuote loquitur in gratiarum
actione. Curatur etiam tertia dum atten-
te loquitur in oratione. Sed curat quarta
cum iuste loquitur in correctione. Dico quod
prima mutitas curatur quoniam quis recte lo-
quitur in confessione iuxta illud Mar. vii. So-
lutum est vinculum lingue eius et loqueba-
tur recte. Recte enim loquitur et iuste qui se
nouit pro peccatis omnibus accusare. An-
et Job. ix. dicebat. Dimitte aduersum me
elo. m. vsqz. Si latrant canes contra ad-
uersarios dominorum suorum. quod non la-
trabit peccator contra tot pestes peccatorum
suorum. Secunda mutitas curatur cum bono
deuote loquitur in gratiarum actione. quod sicut
Augustinus dicit. quid enim melius. et corde ge-
rimus et ore proclamamus et calamo expri-
mimus quam deo gratias. hoc non dicit breuius
nec audire leuius. nec intelligi gratius. nec
agifruosius potest. unde Ephe. v. Si
impleti spiritu sancto loquentes vobismet-
ipsis in psalmis et himnis et canticis spiritu-
alibus gratias agentes semper. Tertia mu-
titas curatur cum quis attente loquitur in ora-
tione. Exemplum de Anna. i. Regum. i. de
qua dicitur quod loquebatur. et tantum labia il-
lus mouebantur. et vox penitus non audi-
ebatur. Quarta mutitas curatur cum quis
recte loquitur in correctione. unde dicebat
Hieremias. xx. Nam olim loquar vociferans
iniquitatem. sedum est enim si lingua canis
est medicinalis hominibus. quod lingua homi-
nis non sit utilis primis. Et ergo qui be-
nefecit omnia. sunt laudes in secula etc.

Dominica. xij. sermo. Liiij.

Diliges dominum
deum tuum etc. Mat. xx. Si totum
scripture sacre verba pensamus. ni-
hil aliud deum quam amorem dei precepisse inue-
niemus. Nam propter amorem in mundum
venit. naturam nostram assumpsit. lagere soli
amorem tradidit. ad cuius confirmationem

in mortem se dedit. Unde propter hoc dicit
apostolus Ro. xij. Plenitudo legis est dile-
ctio. Sic. Quia precepta multa sunt et
vnum. Multa pro diversitate operis. sed
vnum in radice dilectionis Augustinus. Ille to-
tum tenet quidquid latet et patet in diui-
nis sermonibus qui caritatem tenet in om-
nibus Idem. Scriptura diuina nihil ali-
ud precepit quam caritatem. si ratione om-
nium horum queris in promptu est. Nam
constat quod anima a quattuor affectionibus
regitur et mouetur. Nunc pro bono prete-
rito sperando. pro malo presenti dolen-
do. Nunc de futuro malo timendo. et pre-
senti bono gaudento. Et quod circa ista se af-
ficere et bene potest homo et male. ideo quod
tuorum ista si sunt circa bona sunt materia
omni virtutum. omniumque bonorum. Si vero
circa mala sunt materia omnium viciorum.
Verum omnium istarum affectionum amor
radix est et principium in toto regno anime
possidens singulare dominium. Nam sicut
fons est principium omnium rivulorum. Et si-
cut radix in arbores omnium ramorum. sic
amor est radicale principium omnium affe-
ctionum. Quia ergo amor super cordis
regnum plenum habet dominium qui dat
alteri amorem suum dat ei totum cor suum
immo dat ei se totum quod cor est totius vi-
te motusque principium influens alijs omnibus
vitam et motum. Dum ergo scriptura so-
lum amorem precipit. quidquid est in ho-
mine comprehendit. Unde cum dominus di-
xisset. Diliges dominum deum tuum. sta-
tim adiunxit. Nece est enim lex et propheta
dicit ergo diliges dominum deum tuum etc.
In quo verbo maxime tria facit. primo
enim precipit actum necessarium. Dili-
ge inquit. Secundo ipsius actus obiectum
Dominum deum tuum. Tercio vero ad-
dit ipsius actus formam et modum. cum
adiungit. Ex toto corde tuo. **N**
Notandum est igitur hic circa primum.
quod deus nihil aliud quam amorem ab homi-
ne postulat. quod sola dilectione homini mandat